




1 Bene-dí-cam Dóminum in omni **tém**po-re, \* semper laus



e-ius in o-re **me**- o. R. Alle-lú-ia, alle-lú-ia, alle-lú-ia.



vel R. Gustá-te quam su-á-vis Dóminus

2 In Dómino gloriábitur ánima **mea**, áudiant mansuéti et laetén-tur. R. Gustáte.

3 Magnificáte Dóminum **mecum**, \* et exaltémus nomen eius in **idípsum**. R. Gustáte.

4 Exquisívi Dóminum, et exaudívit me, \* et ex ómnibus terró-ribus meis erípuit me. R. Gustáte.

5 Respícite ad eum, et illuminámini, \* et fácies vestrae non con-fundéntur. R. Gustáte.

6 Iste pauper clamávit, et Dóminus exaudívit eum, \* et de ómni-bus tribulatióibus eius salvávit eum. R. Gustáte.

7 Vallábit ángelus Dómini in circúitu timéntes eum, \* et erípiet eos. R. Gustáte.

8 Timéte Dóminum, sancti eius, \* quóniam non est inópia ti-méntibus eum. R. Gustáte.

9 Dívites eguérunt et esuriérunt, \* inquiréntes autem Dóminum non defícien omni **bono**. R. Gustáte.

10 Veníte, filii, audíte me: \* timórem Dómini docebo vos. R. Gustáte.

12 Quis est homo qui vult **vitam**, \* díligit dies ut vídeat **bonum**? R. Gustáte.

13 Divérte a malo et fac **bonum**, \* inquire pacem et perséque-re eam. R. Gustáte.

14 Oculi Dómini super **iustos**, \* et aures eius in clamórem eó-rum. R. Gustáte.

15 Vultus autem Dómini super faciéntes **mala**, \* ut perdat de terra memóriam eórum. R. Gustáte.

16 Clamavérunt, et Dóminus exaudívit, \* et ex ómnibus tribu-latióibus eórum liberávit eos. R. Gustáte.

17 Iuxta est Dóminus iis qui contríto sunt **corde**, \* et confrác-tos spírítu salvábit. R. Gustáte.

18 Multae tribulatióes **iustórum**, \* et de ómnibus his liberábit eos **Dóminus**. R. Gustáte.

19 Custódit ómnia ossa eórum, \* unum ex his non conterétur. R. Gustáte.

20 Interficiet peccatórem malítiam \* et qui odérunt iustum, pu-niéntur. R. Gustáte.

21 Rédimet Dóminus ánimas servórum suórum, \* et non puniéntur omnes qui sperant in eo. R. Gustáte.

Additur ad libitum:

Glória Patri, et Filio, et Spirítui Sancto. ' Sicut erat in princí-pio et nunc et **semper**, \* et in saécula saeculórum. Amen. R. Gustáte.